



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Londoniensi, Eliensi, & Wigorniensi Episcopis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

vix valeas ad priora redire, cujus utique
 plaga sine deformi non poterit cicatrice
 sanari. Quocirca fraternitati vestre per
 apostolica scripta mandamus firmiterque
 precipimus quatinus si dictus Rex ea que
 premissa sunt infra tempus non impleverit
 prenotatum, vos ex tunc in iplo nego-
 tio iuxta prescriptam formam sublato
 cujusslibet contradictionis & appellationis
 obstaculo procedere non tardetis. Quod
 si non omnes &c. duo vestrum &c. Da-
 tum Laterani 11. Idus Ianuarij, pontifica-
 tus nostri anno undecimo.

**PRIORI ET CONVENTUI
 Coventrensi.**

Epist. 213.
 De electione
 Episcopi Co-
 ventrensis.

Cum certa sint tempora constituta
 ultra que non debent Ecclesie pas-
 toribus desitutata vacare, carissimus in
 Christo filius noster illustris Rex Anglie,
 quod dolentes dicimus, pravariationi
 pravariationem addendo, facit, prout
 dicitur, ordinationem earum in regno suo
 vacantium ultra quam liceat prorogari, ut
 sic forsitan earundem proventus sibi possit
 occasionaliter vendicare quoadusque de
 personis que sibi placeant ordinentur, spe-
 rans majorem a nobis gratiam, ut videtur,
 multiplicatis excessibus extorquere, cum
 potius contra quemlibet, quantumcum-
 que nobis sit carus, injurias Ecclesie Dei
 tam perseveranter profecui disponamus ut
 nulla supplicatione seu rebellionem, donec
 ipse a persecutione desistat vel in ea dese-
 cerit, convertatur. Vnde nos eundem
 Regem nostris litteris monemus attentius
 & hortamur ut non impediatur nec per suos
 impediri permittat quod minus tam cathedrales
 quam regulares Ecclesie sic vacantes
 personas idoneas per electionem libera-
 ram & canonicam sibi presciant in pasto-
 res. Quocirca universitati vestre per apo-
 stolica scripta precipiendo mandamus
 quatenus convenientes in unum, invoca-
 cata gratia sancti spiritus, personam ido-
 neam, que tanto congruat oneri & hono-
 ri, per electionem canonicam in pasto-
 rem vobis prescicere studeatis. Alioquin
 nos vobis cum divino consilio & auxilio
 secundum officij nostri debitum talem cu-
 rabimus in pastorem prescicere qui vobis
 preesse valeat & prodesse, pro nulla in-
 justitie violentia prosecutioni justitie de-
 futuri, & inobedientiam vestram digna
 pena curabimus auctore Domino casti-
 gare. Datum Laterani Idibus Ianuarij &c.
ut in alia.

Tom. II,

*In eundem modum scriptum est Priori & con-
 ventui Dunelmensi.*

*In eundem modum Decano & Capitulo Ci-
 cestrensi.*

IN eundem modum Capitulo Exoniensi.
 Cum certa sint tempora constituta &c.
 usque convertamur. Quia igitur quantum-
 cunque Regem ipsum in Domino diliga-
 mus & suo velimus honori deferre, pro
 Rege terreno caelestem Regem offendere
 non debemus, eundem nostris litteris mo-
 nemus attentius & hortamur &c. *ut in alia
 usque in finem.*

Epist. 213.
 De eodem atq.
 guanteuo.

*In eundem modum Decano & Capitulo Lin-
 colniensi, ut in precedenti usque in finem. Da-
 tum ut in alia.*

**LONDONIENSI, ELIENSI,
 & Wigorniensis Episcopis.**

AD petitionem venerabilis fratris no-
 stri Stephani Cantuariensis Archie-
 piscopi S. R. E. Cardinalis discretioni ve-
 stre committimus quatinus non obstante
 interdicti sententia quam tulistis, conven-
 tualibus Ecclesiis que ipsum patienter ac
 humiliter & continue ab initio servave-
 runt licentiam concedatis pro conficienda
 eucharistia semel ac secreto in hebdoma-
 da celebrandi divina, ut virtus divinissimi
 sacramenti finem impetret huic negotio
 salutarem. Quod si non omnes &c. duo
 vestrum &c. Datum Laterani &c. *ut supra
 in alia.*

Epist. 214.
 De licentia ce-
 lebrandi tem-
 pore interdi-
 cti
 Vide Matth.
 Paris. ad ann.
 1209.
 Vide infra
 epist. 258. 259.

E I S D E M.

GRave gerimus & indignum quod
 cum F. de Cantolu & R. de Cor-
 meill. pro negotio Cantuariensis Ecclesie
 justitia exigente sint vinculo excommuni-
 cationis astricti, quidam tam Clerici quam
 laici majores pariter & minores passim &
 scienter eis communicare presumunt. No-
 lentes igitur ut per hujusmodi presumptio-
 nes dissolvatur nervus ecclesiasticæ disci-
 plinae, fraternitati vestre per apostolica
 scripta precipiendo mandamus quatinus
 inquiratis super hoc appellatione remota
 sollicitè veritatem, & eam nobis fideliter
 rescribatis, ut per vestram relationem cer-
 tiores effecti, contra tantam insolentiam
 auctore Domino procedamus sicut fuerit
 procedendum. Testes autem qui fuerint
 nominati &c. usque perhibere. Quod si
 non omnes &c. duo vestrum &c. Datum
 Laterani 11. Idus Ianuarij, pontificatus
 nostri anno undecimo.

Epist. 215.
 Non esse com-
 municandum
 cum excom-
 municatis.

11